

ТРЕТИЙ УРОВЕНЬ.

ВАРИАНТ 1.

I. Переведите текст (описание животных Герцинского леса, из Цезаря):

Est bos similis cervo, cuius a media fronte inter aures unum cornu existit excelsius magisque directum his, quae nobis nota sunt, cornibus; ab eius summo sicut palmae ramique late diffunduntur. eadem est feminae marisque natura, eadem forma magnitudoque cornuum.

Tertium est genus eorum qui uri appellantur. hi sunt magnitudine paulo infra elephantos, specie et colore et figura tauri. magna vis eorum est et magna velocitas; neque homini neque ferae, quam conspexerunt, parcunt. hos studiose foveis captos interficiunt. hoc se labore durant adulescentes atque hoc genere venationis exercent, et qui plurimos ex his interfecerunt, relatis in publicum cornibus, quae sint testimonio, magnam ferunt laudem. sed adsuescere ad homines et mansueferi ne parvuli quidem excepti possunt. amplitudo cornuum et figura et species multum a nostrorum bouum cornibus differt. haec studiose conquisita ab labris argento circumcludunt atque in amplissimis epulis pro poculis utuntur.

II. Определите формы (цифра в скобках обозначает количество совпадающих форм):

Temporis, exercituum, custodis (2), nuntiatum erat, aperi, occidis (2), occides.

III. Составьте предложение из указанных в начальной форме слов, не меняя их порядка:

Quando, pugna, Marathonius, in, porticus, depingo, Miltiades, imago, in, decem, praetores, numerus, primus, pono.

IV. Заглавие стихотворения – имя «неприятного ручья». Что это за имя? Прокомментируйте выделенные слова.

Душ холодных упованье,
Неприятный ручей,
Чье докучное журчанье
Усыпляет Элизей!
Так! достоин ты укора:
Для чего в твоих водах
Погибает без разбора
Память горестей и благ?
Прочь с нещадным утешеньем!
Я минувшее люблю
И вовек утех забвеньем
Мук забвенья не куплю.

(Евгений Баратынский)

ТРЕТИЙ УРОВЕНЬ.

ВАРИАНТ 2.

I. Переведите текст:

Datis et Artaphernes, praefecti Darii, Persarum regis, bello ad Atticam accesserunt ac suas copias in campum Marathonium deduxerunt. Hoc tumultu Athenienses tam propinquo tamque magno permoti auxilium nusquam nisi a Lacedaemoniis petiverunt Phidippumque cursorem Lacedaemonem miserunt. Domi autem eligunt decem praetores, in eis Miltiadem.

Hoc tempore nulla civitas Atheniensibus auxilio fuit praeter Plataeenses. Cum iis decem milia armatorum erant, quae manus mirabili flagrabat pugnae cupiditate. Inter duces Miltiades plus quam collegae valebat, eiusque auctoritate impulsus Athenienses copias ex urbe eduxerunt locoque idoneo castra fecerunt. Deinde postero die sub montis radicibus acie instructa proelium commiserunt. Datis, fretus copiarum numero, conflagere cupiebat, eoque magis, quod ante Lacedaemoniorum adventum dimicare utile esse putabat.

Quo in proelio Athenienses maximam virtutem monstraverunt, decemplicem numerum hostium profligaverunt et perterruerunt. Persae non castra sua, sed naves petiverunt. Qua pugna nihil adhuc exstitit nobilius: nulla enim umquam tam exigua manus tantam multitudinem prostravit.

II. Определите формы (цифра в скобках обозначает количество совпадающих форм):
accesserant, copias, generi, generari, adventus (5), nobiliorem, nulli (2).

III. Составьте предложение из указанных в начальной форме слов, не меняя их порядка:

Miltiades, Chersonesi, omnis, ille, qui, habito, annus, totus, obtineo, dominatio, et, tyrannus, appello.

IV. Вставьте вместо точек пропущенное имя. Назовите также имя скульптора. По одной из версий мифа, скульптор — жрец божества. Как вы думаете, какого?

Скульптор

Глубокий взор вперив на камень,
Художник нимфу в нем прозрел,
И побежал по жилам пламень,
И к ней он сердцем полетел.

Но, бесконечно вожделенный,
Уже он властвует собой:
Неторопливый, постепенный
Резец с богини сокровенной
Кору снимает за корой.

В заботе сладостно-туманной
Не час, не день, не год уйдет,
А с предугаданной, с желанной
Покров последний не падет,

Покуда, страсть уразумя
Под лаской вкрадчивой резца,
Ответным взором
Не увлечет, желаньем рдея,
К победе неги мудреца.

(Евгений Баратынский)

ТРЕТИЙ УРОВЕНЬ.

ВАРИАНТ 3.

I. Переведите текст:

Xerxes, rex Persarum, et mari et terra bellum gerere contra universam Europam statuit tantisque cum copiis invasit, quantas neque ante nec postea habuit quisquam. Maxime Atheniensibus Xerxes iratus esse dicitur propter pugnam Marathoniam, qua pater Xerxis, Darius, victus erat. His nuntiis in Graecia auditis oraculum Atheniensibus consulentibus respondit in moenibus ligneis salutem eorum esse. Id responsum nemo intelligebat, sed Themistocles Atheniensibus persuasit naves murum ligneum significare.

Xerxes autem accessit ad Athenas easque interfectis sacerdotibus, quos in arce invenerat, incendio delevit. Flamma plurimi nautae perterriti sunt, Themistocles unus restitit et unitos pares hostibus esse posse aiebat, dispersos testabatur occasum iri. Noctu etiam servum suum fidelissimum ad Xerxen¹ misit. Ille dicit plurimos adversarios regis in fuga esse, brevi tempore reliquos oppressurum esse regem.

Haec re audita barbarus, nullum dolum subesse credens, postridie in angusto mari apud Salamina cum Graecorum classi confligit, ubi multitudo navium explicari non potuit. Haec erat altera victoria, quae cum Marathoniam potest comparari. Nam pari modo apud Salamina parvo numero navium maxima classis est devicta.

¹ Xerxen — греческая форма Асс.

II. Определите формы (цифра в скобках обозначает количество совпадающих форм):
dicebaris, miserant, deliberantes (2), expugnatis (3), fidelissime, ei (2).

III. Составьте предложение из указанных в начальной форме слов, не меняя их порядка:

Xerxes, magis, consilium, Themistocles, quam, arma, totus, Graecia, vinco.

IV. Замените значок ---- именем в родительном падеже. Прокомментируйте выделенные слова.

...Гневный лучник! Вождь мгновений!

Предводитель Мойр и Муз!

Налагатель откровений,

Разрешитель древних уз!

Сам из всех святынь Эллады

Ты своей избрал страной

Каменистые Циклады,

Делос знойный и сухой.

(...)

Делос! Ты престолом ----

Наг стоишь среди морей,

Воздымая к солнцу — в небо

Дымы черных алтарей.

(Максимilian Волошин)